# Band XI., Nr. 5289, Seite 252-253

*Abt Friedrich und Konvent von Kloster Stein und Ulrich von Neunegg zu Glatt einigen sich wegen des Klosterhofs in Iflingen.*

## Konstanz, 1299. Juni 11.

Omnibus Christi fidelibus presentem litteram inspecturis Fridericus divina permissione abbas totusque conventus monasterii in Staine ordinis sancti Benedicti Constantiensis dyocesis ac Ůlricus de Niwenegge residens in Glatte[1] subscriptorum notitiam cum sincera in domino caritate. Noverint universi es singuli quos nosse fuerit oportunum, quod orta inter nos diutina questione super curia in Ufeningen[2] et suis pertinentiis tandem conmuni consensu fuimus complanati quod facta copia instrumenti subscripti et presenti cedule annotati cuius tenor dinoscitur esse talis: Wernherus divina permissione Constantiensis dyocesis abbas in Staine omnibus presens scriptum intuentibus notitiam subscriptorum. Litteras antecessoris nostri vidimus non cancellatas non abolitas nec in aliqua sui parte vitiatas in hec verba: Quoniam ea *usw.*<br> <br> *Es folgt die nach dieser Vorlage gedruckte Urkunde von 1245 November 4 Nr. 1056, WUB, Bd. IV, S. 115-116.*<br> <br> Nos videntes rem monasterii nostri utiliter per hoc esse gestam factum antecessoris nostri de communi et unanimi conventus nostri voluntate et consilio approbamus. In huius rei testimonium presentem cedulam sigilli nostri munimine et conventus duximus roborandam. Acta sunt hec in claustro Staine, anno domini MCC quinquagesimo quinto.<br> <br> Nos Fridericus abbas predictus nomine monasterii nostri eundem Ulricum de predicta curia et suis pertinentiis omni eo iure quo predecessores sui tenuerant iuxta formam instrumenti predicti investivimus et tenore presentium investimus recepto ab eo iuramento fidelitatis more debito et consueto, hoc tamen adiecto, quod nos abbas et conventus deinceps de portione frumentali dumtaxat nos contigente et quartali reverendo in Christo patri ac domino nostro . . dei gratia Constantiensi episcopo solvere debemus quartam et ego Ůlricus de Niwenegge similiter de portione quartali me contingente de fructibus quartalibus percipiendis de curia prenotata deinceps exsolvere debeo domino nostro . . episcopo prenotato. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillorum venerabilis patris ac domini nostri H. dei gratia Constantiensis episcopi et nostrorum muniminibus petivimus et fecimus communiri. Nos magistri Walt.

[1] e übergeschrieben.
[2] Oberiflingen.

scolasticus et C. prepositus nec non canonici maioris et sancti Johannis ecclesiarum Constantiensium gerentes vices predicti domini nostri episcopi ad petitionem partium predictarum sigillum episcopale presentibus duximus appendendum.<br> <br> Datum Constantie, anno domini MCC nonagesimo nono, feria quinta post festum pentecostes proxima, indictione duodecima.

—

Textabdruck folgt auszugsweise Original (italienisches Perg.).<br> <br> Siegel des Bischofs Heinrich von Konstanz, s. WUB, Bd. X, S. 166, Nr. 4417. Für weitere Siegel sind nicht einmal Einschnitte im Pergament vorhanden.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**
HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**
A 470 U 547

**Regesten:**
Mitteilungen Verein Hohenzollern, 11, 79 (lies 95). Regesten Bischöfe Konstanz, 3114.

## Weitere Angaben

**Beschreibstoff:**
Pergament

**Sprache:**
Lateinisch

**Ausstellungsort:**
Konstanz

**Aussteller:**
Friedrich; Abt von Stein Stein; Konvent Ulrich; von Neunegg zu Glatt

**Ortsindex:**
Dornstetten Wohnplatz (7386)<br> Dornstetten, FDS<br> Glatt Wohnplatz (12724)<br> Glatt, Sulz am Neckar, RW<br> Hirsau Wohnplatz (6984)<br> Hirsau, Calw, CW<br> Horb am Neckar Wohnplatz (7484)<br> Horb am Neckar, FDS<br> Konstanz Wohnplatz (14442)<br> Konstanz, KN<br> Neuneck Wohnplatz (7442)<br> Neuneck, Glatten, FDS<br> Oberiflingen Wohnplatz (7601)<br> Oberiflingen, Schopfloch, FDS<br> Stein am Rhein, Kt. Schaffhausen, Schweiz<br> Tübingen Wohnplatz (16214)<br> Tübingen, TÜ<br> Weitingen Wohnplatz (7408)<br> Weitingen, Eutingen im Gäu, FDS